

dicti domini ducis Venetiarum et ad nostra successorumque nostrorum precepta et dabunt operam, quod Stengus perveniat ad manus Signorie Crete tali conditione, quod nos ipsum mitamus ad Natoliam cum nostro navigio.

Item quod ispi teneantur amicos Venetiarum habere pro amicis et inimicos Venetiarum pro inimicis et, si scierint vel cognoverint aliquod gestum vel operatum esse contra honorem dicti domini ducis Venetiarum nostrum successorumque nostrorum et huius insule bonum statum, illud turbabunt toto suo posse et quam citius poterunt id dabunt in notitiam Signorie Crete.

Item dabunt forciam Signorie Crete et omnibus aliis pro Signoria Crete facientibus jus et justitiam; nos autem per nos et successors nostros prestamus eis perdonum et parcimus eis omnes culpas et offensiones per eos hinc retro factas dicto domino duci Venetiarum antecessoribus nostris atque nobis et, si Deo placuerit, quod illi de Natoli sint expulsi de hac insula per aliquod tempus Signorie Crete, ut dicere, possint quod non habeant ubi se reducant. ...

Item parcimus omnibus bannitis, exceptis illis qui sunt baniti pro homicidiis factis in civitate Candide et in burgo Candide una cum illis qui sunt banniti pro debito.

Item quod, si aliquis arcontus Grecus fuerit captus per suprascriptos arcontos Grecos, in presenti tempore, rebellis et per eos traditus fuerit in manu Signorie et ipsi arconti suplicaverint Signorie, ut dimitatur, ipsa Signoria precibus suis attendat et sic de omnibus aliis, ut sint ad voluntatem et obedientiam Signorie. ...

Item arcondopuli, qui non habent partem in hac terra, non debeant toli per vilanis.

Item quod sclavi et slave et villani et villane ex ultra que parte redeant ad suos dominos. ...

Et damus et concedimus per nos et successores nostros dicto Georgio Cortatio cavallariis quatuor pro filiis suis, ultra illud quod habebat, inter quas est cavallaria una Petri Simeonis et due cavallarie de Stimboli et unam aliam cavallariam ulterius de Scalla versus occidentem et cavallarias quatuor, quas habebat tempore pacis, habeat eas ad huc. ...

Cuius concordie evidentiam et propriam firmitatem presens scriptum fecimus fieri sigillo nostro et manu subscriptione munitum, insuper autem predicta omnia per nos et successores nostros firma volumus et rata ad unum manere, donecque superius dicta sunt, per eos observabuntur et domino nostro duci Venetiarum et nobis et successoribus nostris obedientes faciunt fidelisque, volumus autem quod omnia sigilla omnium dictorum francorum renoventur recenter.

Ego Marcus Dandulo, duca Crete, manu scripsi.

Ego Leo Donatus, consigliario Crete, manu scripsi.

Ego Marcus de Molino, consigliario Crete, scripsi»⁵⁷.

38α

1266-1283. Παπική βούλλα και διοικητικά έγγραφα. Βενετία, Ρόμη, Χάνδακας [λ].

57. σσ. 111-116, αρ. 1.



S. Borsari, *Il dominio veneziano a Creta nel XIII secolo*, Napoli 1963, σσ. 139-143, αρ. 1· σσ. 145-149, αρ. 3· σσ. 149-154, αρ. 4.

39

1267-1300. Διοικητικά έγγραφα. Aix-en-Provence, Aquila, Βιτέρμπο, Γλαρέντζα, Θήβα, Καρύταινα, Κέρκυρα, Κεφαλονιά, Μέλφι, Μεσσηνία, Μπάρι, Νεάπολη, Ναρβόνη, Νεγροπόντε, Παρίσι, Πελοπόννησος, Ρώμη [λ, γ].

C. Perrat, J. Longnon (eds), *Actes relatifs à la principauté de Morée, 1289-1300*, Paris 1967, σσ. 21-205, αρ. 1-243· σσ. 207-211.

*ΔΙΟΡΙΣΜΟΣ ΤΟΥ LEONE DE MONTE LEONIS ΩΣ «ΕΛΛΗΝΑ ΝΟΤΑΡΙΟΥ» ΚΑΙ ΟΙΚΕΙΟΥ
ΤΟΥ ΠΡΙΓΚΗΠΑ ΤΟΥ ΤΑΠΑΝΤΑ*

Ρώμη, 1295, 16 Φεβρουαρίου

«PRO NOTARIO LEONE DE MONTELEONIS, QUOD RECIPIATUR IN NOTARIUM ET FAMILIAREM SUUM

Scriptum est principi Tarentino, etc. Cum plerumque contingat, quinimmo expeditat pro negociis tuis, quibus, in terra tua quam habes pro parte uxorius tue, exercicium scripture et lecture grece persepe requiritur, te greco notario indigere, nosque propterea notarium Leonem de Monte Leonis, dilectum notarium et fidelem nostrum, de cuius fide, prudentia et legalitate ac experientia scripture et lecture grece laudabili testimonio jamdiu in conspectu nostre majestatis perhibito plene confidimus, utpote tibique dictis tuis negotiis aptum et utilem, in grecum notarium et familiarem tuum duxerimus ordinandum, volumus et filiacioni tue precipimus quatinus predictum Montem Leonem in grecum notarium et familiarem tuum mandes et facias retineri ac provideri sibi, tanquam notario et familiaris tuo, de necessariis, prout fuerit oportunum, ita quod notarius ipse, habita consideracione ad statum et condicionem ejus in hospicio tuo habiliter valeat commorari, presertim cum, pro fide nostra incorrupte servanda, exilium paciatur.

Dat. Rome per Bartholomeum de Capua, etc., die XVIe febr. VIII ind.»⁵⁸.

40

1268-1558. Διοικητικά έγγραφα για τους ορθόδοξους κληρικούς της Κρήτης. Βενετία, Χάνδακας [λ].

Z. Τσιρπανλῆς, «Νέα στοιχεῖα σχετικὰ μὲ τὴν ἐκκλησιαστικὴν ιστορία τῆς βενετοκρατούμενης Κρήτης (13^{ος}-17^{ος} αι.) ἀπὸ ἀνέκδοτα βενετικὰ ἔγγραφα», *Έλληνικά* 20 (1967), σσ. 86-106, αρ. 1-7.

58. σ. 129, αρ. 136.

